

Johann Guldenkopf

fol. 176^r

donaciones et promissiones, que in hac littera suprascripte sunt, nobis seu altri cuicumque occasione¹⁾ prefate librerie et pecunie ad eiusdem edificium contribuende ex quacumque promissione seu convencione, si que prius per eam facte fuissent, in nullo obligata existat, sed in sua libertate maneat, si ad dicte librerie edificium plus contribuere velit, renunciantes 5
per hec expresse et per has litteras omni promissioni et convencioni, si que per eam quo ad hoc antea facte fuissent. In quorum omnium evidens testimonium presentes litteras exinde fieri, sepedicte nostre nobilissime filie facultati arcium dari atque sigilli rectoratus nostre universitatis iussimus appensione communiri. Actum Heydelberg in capella gloriosissime virginis 10
Marie capella universitatis nuncupata in plena congregacione doctorum et magistrorum per iuramentum facta anno domini millesimo quadringentesimo quadragésimo secundo prima iunii, que fuit feria sexta post festum corporis Christi.^{u)}

[1442 Juni]

15

[176r] ^{v)}Rectoratus magistri Iohannis de Aureo Cipro de Spira
licenciati in decretis

Anno domini m^oquadringentesimoquadragésimosecundo in vigilia^{w)} nati-
vitatís sancti Iohannis baptiste [23. Juni] hora septima in capella gloriosissi-
me virginis Marie Heydalberg facta congregacione dominorum doctorum 20
et magistrorum per iuramentum ad eligendum novum rectorem electus fui
ego Iohannes de Aureo Cipro in artibus magister et sacrorum canonum
licenciatus minimus, in cuius rectoratu acta sunt ea, que infra scribuntur.
Anno domini quo supra feria secunda post festum sancti Iohannis bap-
tiste, que erat iunii vicesimaquinta rector universitatis suprascriptus fecit 25
convocacionem universitatis secundum formam, que sequitur.

Rector universitatis studii Heydalbergensis

Venerabiles domini doctores et magistri, sitis hodie hora quarta^{x)} in capella
beate Marie virginis ad deliberandum super disposicione duorum benefi-
ciorum nunc vacancium per quondam dominum Gerlacum de Hohenburg 30
bone memorie fundatorum sub pena iuramenti.

¹⁾ folgt et gestr. A ^{u)} Rest der S. frei A ^{v)} Handw. A ^{w)} folgt S gestr. A ^{x)} folgt ad gestr. A